Ἔδοξέ τις τρία αἰδοῖα ἔχειν· δοῦλος ὢν καὶ ἐλευθερωθεὶς, τρία ἀνθ' ἑνὸς ὀνόματα ἐκτήσατο, τὰ δύο ἐκ τοῦ ἐλευθερώσαντος προσλαβών. ϟβ'.

Νοσῶν τις ηὔξατο τῷ Σαράπιδι εἰ σωθείη, τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐν ἱεροῖς ἀναθήσειν, εἰ δὲ μὴ, τὴν ἀριστεράν. ὁ δὲ ἔδοξεν εἰσιέναι αὐτὸς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Σαράπιδος, τὸν κέρβερον τῇ χειρὶ ἀψαύστῳ τῇ δεξιᾷ ψηλαφῶν αὐτόν. τῇ ἑξῆς ἀπέθανεν. εἰκότως. ἀφαιρεθείσης γὰρ τῆς δεξιᾶς, ἑτοιμότερος ἦν ὁ κέρβερος πρὸς τὸ ὑποδέξασθαι αὐτὸν ὁ κέρβερος, ἐπεὶ ἄλλως τοῦ θανάτου. ϟγ'.

Ἔδοξέ τις ὑπὸ τοῦ Σαράπιδος εἰς τὸν κάλαθον τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ θεοῦ βεβλῆσθαι, ἀπέθανε. Πλούτων γὰρ ὁ θεὸς εἶναι νομίζεται. ϟδ'. Περὶ τομῆς μέλλων ὄσχεος, εὔξατο τῷ Σαράπιδι περὶ τῆς τομῆς καὶ ἔδοξε λέγειν αὐτῷ τὸν θεόν. θαρρῶν τέμνου· θεραπευθεὶς ἀπέθανεν. ἔοικε γὰρ ὡς θεραπευθεὶς ἀλύπως διαγενέσθαι. εἰκὸς δὲ ἦν αὐτῷ ταῦτα ἀποβῆναι, ἐπειδὴ μὴ ὀλύμπιος ὁ θεὸς μηδὲ αἰθέριος ὁ θεός, ἀλλὰ χθόνιος. ϟε'.

Ἔδοξέ τις ἀθλητὴς τὸ αἰδοῖον ἐκτετμῆσθαι, καὶ ἄλλως τῇ κεφαλῇ ἄνθεσιν ἐστεφανῶσθαι. ἱερονίκης ἐγένετο καὶ [illegible] καὶ [illegible] ἀθλήσεις [illegible] [illegible].

Ἀρτεμιδώρου Ὀνειροκριτικῶν Τέλος.

INDEX
IN ARTEMIDORI
LIBROS QVINQVE
DE SOMNIORVM
INTERPRETATIONE.

Prior numerus librum, posterior capita libri, designat.

A.

B.

E.

F.

G.

H.

Labia.

L.

M.

Vehiculo-

X.

Z.

FINIS.

AD
ARTEMIDORI
ONEIROCRI-
TICA
NOTAE.

AD ARTEMIDORI ONEIROCRITICA NOTAE.

Ad lib. I. pag. I.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΔΑΛΔΙΑΝΟΥ.] Artemidori mixtum genus & patria duplex, Ephesus & Daldia. illa paterna, haec vero materna. fuit itaque semiEphesius & semiDaldianus: quo modo Cyrum semiMedum & semiPersam, Pallanta semiArcadem & semiSabellum fuisse legimus. nimirum, quamuis in genere monstrando princeps sit partis paternae praerogatiua, tamen & a materna quoque origine patriae partem trahimus, ideoque pia cogitatione Antiocheni priuilegium illud ab Impp. indulgeri sibi flagitauerunt, vt quos patris conditio nullius vindicaret iuri ciuitatis, ij ex materno genere curialibus adscriberentur. quod & lege sancitum XXII, Codicis lib. X. de Decurionibus. Grato igitur in matrem animo Artemidorus [illegible], maternam originem, nominis sui fama inclarescere optauit, & qui multis antea libris editis Ephesium se inscripserat, hic Daldianus dici voluit. [illegible], inquit, [illegible]. Sed aliam quoque adsciti huiusce cognominis rationem innuere ipse videtur sub finem lib. II. nempe quod ab Apolline Mysta qui Daldiae in Lydia praecipue colitur monitus animum ad haec oneirocritica conscribenda appulit. [illegible]. Tertia fortean ratione probari possit Artemidorum Daldianum indigitari voluisse, differentiae caussa. nam Artemidorum quendam Ephesium Geographum fuisse inuenio apud Strabonem, Athenaeum & alios, sed praecipue apud Marcianum Heracleotam qui ab eo multa passim excerpsit, vt initio libri sui palam & ingenue fatetur. [illegible]. Sed alius iste & Daldiano antiquior. vixit enim Cleopatrae temporibus circa annum ab v. c. IↃCXLIX.

C. Mario II. & C. Flauio Fimbria Coss. Olympiade clxix. si numeri apud Marcianum integri, sic enim ille: Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος [illegible] ὀλυμπιάδα γεγονώς, &c. At Daldianum nostrum Hadriani & Antonini Pii temporibus vixisse ab ipso discere est, c. xxix. & c. lxvi. lib. I. quum ait se nosse agonistas qui ad certamen quinquennale in Hadriani honorem ab Antonino Pio institutum Puteolos & Smyrnam se conferebant, ἤδη δέ τινα [illegible]. Item: [illegible]. Lucianus qui Marci Antonini Philosophi principatu scribebat nebulonis cuiusdam imperiti somnium ridens libro qui inscribitur Philopatris mentionem facit Aristandri & Artemidori: [illegible] &c. paullo post. [illegible]. Tertullianus vero qui paullo post sub Seuero vixit libro de Anima c. xlvi. inter multos quos illic commemorat somniorum interpretes, hunc nostrum non citat: forte quia antiquissimos tantum recensere voluit. Hoc amplius de Artemidoro apud Suidam: Ἀρτεμίδωρος Δαλδιανός, πόλις δέ ἐστι Λυδίας, ἡ Δάλδις. φιλόσοφος. ἔγραψεν ὀνειροκριτικὰ ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν, οἰωνοσκοπικὰ καὶ χειροσκοπικά. Medicinae quoque eum operam dedisse ex his V. libris perspicuum fit. Quod autem IV. tantum Artemidori Oneirocriticorum libros agnoscat Suidas mirum nemini videri debet: neque hodie plures exstant si bene putemus. Quatuor enim libris ὀνειροκριτικῶν [illegible] comprehenduntur: sed iis subiunctae sunt ὀνείρων ἀποβάσεις, qui liber hodie quintus oneirocriticorum perperam inscribitur. nec editus quidem fuit ab Artemidoro cum quatuor oneirocriticis, sed aliquanto post, vt ipse testatur in praefatione ad filium quum ait: [illegible] &c.

ΚΑΣΙΩ ΜΑΞΙΜΩ.] Quis fuerit hic Cassius Maximus, an praeses, an legatus, an vero consul, expedire haud facile est. nam in historiis quae nobis Artemidori tempora repraesentant Cassii quidem multi, multi item Maximi occurrunt, sed Cassii Maximi nulli. nisi forte dicamus mendum hic subesse, legendúmque, ΓΑΒΙΩ, vel, ΤΑΤΙΩ ΜΑΞΙΜΩ. librarius certe error pro TATIO vel GAVIO scribsisse vel excepisse quasi dictantem CASIO. Iulius Capitolinus Gauium Maximum praefectum praetorii vsque ad xx. annum sub Antonino Pio peruenisse, virum seuerissimum, eique Tatium Maximum successisse refert. Sed abstineo. Quisquis tandem ille sit, virum illustrem & eloquentem fuisse plerisque in locis praedicat Artemidorus, vt in praefatione lib. I. [illegible]

[illegible] & lib. II. [illegible] sub finem eiusdem lib. etiam vocat [illegible], eiusque [illegible] laudat. & initio lib. IV. [illegible] &c.

PAG. II.

[illegible].] commodior sensus videtur si legas, [illegible].

Καὶ [illegible].] [illegible].

Ὀνειροκριτικά.] Somniorum interpretamenta. Vetus Glossarium ὀνειροκρίτης, coniector, somniorum interpres. [illegible], Somnio, Somniorum interpres. Didymus ad I. Iliad. [illegible]. Oneirocritica scripsere ante Artemidorum plerique: Artemon Milesius, Antiphon, Apollodorus Telmissensis, Apollonius Attalensis, Aristander Telmissensis, Aristarchus, Alexander Myndius, Cratippus, Demetrius Phalereus, Dionysius Rhodius, Epicharmus, Geminus Tyrius, Hermippus, Nicostratus Ephesius, Phoebus Antiochenus, Philochorus, Panyasis Halicarnasseus, Serapion, Strato.

PAG. III.

[illegible].] L. [illegible].

PAG. V.

Καὶ ἐν ἄλλοις [illegible].] Nempe in praefatione libri IV.

[illegible].] Suidas: [illegible] quod ex hoc Artemidori loco desumtum, & pleraque alia, vt deinceps notabimus.

[illegible].] Legendum videtur vt emendauit in codice suo Isaac. Casaubonus: [illegible] &c.

PAG. VI.

[illegible].] Suidas: [illegible] nonnulli tamen legendum putant, [illegible]. Cum hoc vero Artemidori capite operae pretium erit conferre & componere Macrob. c. III. lib. I. in Somnium Scip.

PAG. VII.

[illegible].] Liber II. Cas. [illegible].

PAG. VIII.

[illegible].] Glossae veteres. [illegible], Latrinae.

PAG. IX.

[illegible].] Liber II. Cas. [illegible].

PAG. X.

Καὶ [illegible].] Sic habebat editio Aldina, ac in libro II. Cas. [illegible].

Πανυάσιδι τῷ Ἁλικαρνασεῖ.] Huius somniorum Interpretis plerique è veteribus meminere, Clemens Alexandrinus, Arnobius, Athenaeus, Macrobius, Suidas & alij.

[illegible]] Longe aberrat interpres. Legendum videtur, [illegible]. Loquitur Artemidorus de insomniis quae contraria qualitati aut conditioni somniantium accidunt, puta si diues aliquid sibi videre videatur quod suae voluntati obstet. diuites enim posse dicimus quidquid volunt. & ipse Artemid. cap. v. [illegible] inquit, [illegible]. at nihil magis contrarium [illegible] quam [illegible].

PAG. XI.

[illegible]] Legendum, [illegible].

[illegible]] Feliciter hunc locum restituit vir diuini ingenij Is. Casaubonus. [illegible]

PAG. XII.

[illegible]] Suspendio vitam finire turpissimum genus mortis. Plinius lib. II. c. LXIV. poenam praeposteram vocat, *Homines*, inquit, *laqueo poena praepostera, inclusi spiritu cui quaereretur exitus*. Virgilius *informe letum*, lib. XII. Aeneid.

Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Quod autem in feralibus epulis suspendiosos non nominari ait Artemidorus, id ex libris pontificalibus fluxisse videtur, quibus cautum fuisse notat Seruius, vt qui laqueo vitam finisset insepultus abijceretur. & Varro ait, *Suspendiosis quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis veluti per imitationem mortis parentari*. quod fortasse ad ludibrium & derisiculi gratia fiebat.

Κάμηλος [illegible].] Quin potius doctissimo Varroni credimus qui Camelum suo nomine Syriaco in Latium venisse ait lib. IV. de lingua Lat.

Ὡς φησιν Εὔηνος.] Euenus Parius poëta antiquissimus, Elegias scripsit, cognomines autem fuere duo; sed iunior maiorem indeptus est gloriam, unde suspicari licet huius esse plerosque versus qui passim laudantur à Platone, Aristotele & aliis. Suidas: Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητάς, καὶ ἀμφοτέρους Παρίους. Harpocration: Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι. γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον. μέμνηται δὲ θατέρου καὶ Πλάτων. Parium Euenum in poëmate ὑποδήλωσιν & παρεπαίνους inuenisse asserit in Phaedro Socrates. τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὔηνον ἐς μέσον οὐκ ἄγομεν, ὃς ὑποδήλωσίν τε πρῶτος ηὗρεν καὶ παρεπαίνους, οἱ δ᾽ αὐτὸν καὶ παραψόγους φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν, μνήμης χάριν, σοφὸς γὰρ ἀνήρ.

PAG. XIV.

Ὡς Ἀριστοτέλης [illegible].] Lib. περὶ τῆς καθ᾽ ὕπνον μαντ. insomnia dici non debere θεόπεμπτα sed tantum δαιμόνια contendit ex eo quod non solum homini sed & aliis quoque animalibus accidant, Ὅλως δ᾽ ἐπεί, inquit, καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ὀνειρώττει τινά, θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια, οὐδὲ γέγονε τούτου

[illegible]

[illegible]] Scribe, [illegible].

[illegible]] Elegantissimè hoc explicat Clemens Alexandrinus lib. II. Paedagogi c. IX. [illegible]

Tertullianus lib. de anima c. XLVIII. *Certiora & clariora somniare affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore prodacto sopore.*

[illegible]] Astarte vetustissimum nomen Syriae numen fuisse notat Tertullianus Apologet. c. XXIV. *Vnicuique etiam prouinciae & ciuitati suus Deus est, vt Syriae Astartes* Phoenicib. & Sidoniis aliis tribuunt: Achilles Tatius initio Leucipp. [illegible] Suidas: [illegible] Ioannes Xiphilinus Sermone [illegible]

[illegible]] Scribe vt in lib. Is. Cas. [illegible]

PAG. XVII.

[illegible]] Manus opificis pro opere ipso. vt apud Propertium lib. III. Eleg. XX.

Aut certe tabulas capiant nostra lumina pictas,
Siue ebore exactae seu magis aere manus.

Himerius in excerptis per Photium: [illegible] Inde opifices [illegible] Luciano.

PAG. XIX.

[illegible]] Huius versus authorem Plutarchus, Euenum poëtam, de quo nonnulla supra diximus, laudat lib. [illegible]

[illegible]

atque hinc emendandum Artemidorum censet Is. Casaubonus legendumque. [illegible] &c.

[illegible]] Pomponius l. I. D. soluto matrim. Reipublicae interesse ait dotes mulieribus conseruari, *quum dotatas esse feminas ad sobolem procreandam, replendamq. liberis ciuitatem, maximè sit necessarium.* ideòque tenentur patres filias dotare. & ipsae iure quodam suo dictae promissaeque dotis persecutionem habent. Sic Martialis disertissimo epigrammate IX. lib. VII. postquam multa ad Aulum pertinere dixit, addidit:

Dotem dare grandis filia possit, & det.

ipse Artemidorus lib. IV. c. XLI. filiam cum creditore comparat: [illegible]

[illegible]

PAG. XX.

Πατὴ σχήματι [illegible].] Scribe, πατὴ σχήματι [illegible].

Μικρὰ δὲ [illegible].] Scribe, [illegible].

PAG. XXI.

Ἐρανάρχης.] Eranarcham vocat praefectum erano colligendo. Ἔρανος in vetere Glossario, *stipes sodalium*, Suid. Ἔρανα, [illegible]. Item, ἔρανος, ὁ ἐκ [illegible]. Scholiast. Homeri ad illa verba Odyss. Λ. ——— τίπτε δὲ σε χρεώ;

Εἰλαπίνη, ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.

ὁ ἔρανος, inquit, ὡς ἔοικε, [illegible].

Χρήματα κεφάλαια [illegible].] Glossae veteres, κεφάλαιον [illegible], Sors, summa. Iulius Pollux lib. III. c. IX. [illegible]. Suidas: κεφάλαια, τὰ χρήματα. Idem: [illegible]. Idem: [illegible]. Idem: ἀρχαῖα, [illegible]. Idem: [illegible]. Ipse Artemidorus hoc lib. c. XCVI. [illegible] & cap. XXXVII. [illegible] κεφαλαίου. & alibi. Sic Latinis *Caput* pro vectigali, vt apud Iuuenalem, *[illegible] qui capitis [illegible] exigit.* Sic & *Capita*, quod alij notauere.

Ἀλλοτρίαις θριξὶ τὰς κορυφὰς [illegible].] Alienis capillis turritum verticem aedificant, [illegible], vt loquitur Clemens Alexandrinus lib. III. Paedag. c. XII. Ouidius Amorum lib. I. Eleg. XIV.

> *Nunc tibi captiuos mittet Germania crines;*
> *Culta triumphatae munere gentis eris.*
> *O quam saepe comas aliquo mirante rubebis,*
> *Et dices, empta nunc ego merce probor;*
> *Nescio quam pro me laudat nunc iste Sicambram, &c.*

Τὰς τῶν Δωριέων [illegible].] Aristoteles lib. III. Rhetoricorum c. XI. [illegible]. Idem Problematum sect. XXX. 9. [illegible]. Aelianus lib. XI. Hist. animal. c. XIX. [illegible]. Videatur Pollux lib. III. c. XXX.

PAG. XXII.

Κομᾷν μὲν γὰρ τὸ [illegible].] Suidas: [illegible]. Κομᾷν, [illegible]. Vetus Glossarium ms. [illegible]. Κομᾷν, [illegible].

[illegible].] M. Cicero Tusculan. V. vbi de Damocle: *In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equi-*

ad appensum demum iussit ut suspenderet illius bonis [illegible]. Nec solum ex pilis de cauda equina vulsis funes fiebant, sed etiam è capillo muliebri. Vitruuius lib. X. c. xvi. *Namque sunt in capitibus foramina, per quorum spatia contenduntur capillo, maxime muliebri, vel nervo, funes qui magnitudine ponderis lapidis quem debet ea ballista mittere, ex ratione gravitatis proportione sumuntur.* Iulius Capitolinus in Maximino iuniore, tanta fide Aquileienses contra Maximinum pro Senatu fuisse refert, vt funes de capillis mulierum facerent, quum deessent nerui ad sagittas emittendas; quod aliquando Romae dicitur factum.

Ὅσα δὲ ἀπὸ τριχῶν [illegible] μακρὰ καὶ [illegible].] Ex tabe scilicet plerunque diffluunt capilli. Hippocrates in Coacis: ὅσοισι δὲ φθινώδεσιν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, ὑπὸ διαρροίης ἀπόλλυνται. Idem lib. II. de Morbis. τοῦτον ὅταν ἤδη αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, [illegible], &c. Celsus lib. III. c. xxii. *Tertia tabis species longéque periculosissima, quam Graeci φθίσιν nominauerunt, oritur fere à capite, inde in pulmonem destillat, &c.*

PAG. XXIII.

[illegible] παρέχειν.] Posidippus Epigram. εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ lib. IV. Antholog.

> Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
> Νὴ Δία. τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
> Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσίν,
> Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.

Ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ἱερεῦσι θεῶν Αἰγυπτίων [illegible] καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους ἔχουσι ξυρᾶσθαι ἀγαθόν.] Isiaci sacerdotes capita funditus deradere solebant, quod Graeci dicunt ξυρᾶν ἐν χρῷ. Apuleius Milesia x. *Tunc influunt turbae sacris diuinis initiatae, viri feminaeque omnis dignitatis & omnis aetatis, linteae vestis candore puro luminosi: illae limpido tegmine crines madidos obuolutae, hi capillum derasi funditus verticem praenitentes.* hos Martialis caluos linigeros nuncupauit lib. XII. epigr. xxix.

> *Linigeri fugiunt calui sistrataque turba.*

Iisdem λινοστολίαν καὶ ξύρησιν tribuit Plutarchus lib. de Iside & Osiride: τὴν γὰρ [illegible] φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξυρήσεις.

Ξυρίας.] Glossae veteres: ξυρίας κεφαλῆς, *Trauer. ms. Craber.* legendum, *Glaber.*

Ναυαγήσαντες δὲ τὰ ξυράμενοι [illegible].] Τὸ ξυρᾶσθαι naufragorum vltimum votum, Petron. Arbit. *Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue neque vngues neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.* Quem morem iampridem obseruauerat eruditissimus Brodaeus ad illud Lucillianum lib. VI. Anthol.

> Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κάθηκε
> Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

PAG. XXIV.

Καὶ γὰρ [illegible].] Suidas: [illegible]. Idem in [illegible]. Atque hunc loquendi modum Gallico nostro idiomate vsurpamus. ad verbum autem [illegible] est, vngues demere, vngues facere. Sic enim exponunt veteres Glossographi. inepte igitur verterat Cornarius, *vnguibus conscalpi*.

[illegible].] Eoque sensu accipi debet apud Martialem attrita frons lib. IIX. Ep. LIX.

Lippa sub attrita fronte lacuna patet.

& apud Iuuenalem Sat. XIII. —*quando recepit*

Eiectum semel attrita de fronte ruborem?

Frontem pudoris templum esse ait auctor Glossarum ad illud Persij Sat. V. ——*exclamet Melicerta perisse*

Frontem de rebus.

Χάλκεον δὲ ἢ [illegible] ἢ λίθινον φαίνεσθαι, &c.] Ore ferreo esse dicuntur impudentes. Sic Catullus de moecha putida:

Quod si non aliud potest, ruborem

Ferreo canis exprimamus ore.

[illegible].] Eorum aures in nostra potestate nos habere dicimus qui nobis loquentibus attenti & obedientes esse solent. Sic in Milite glorioso Sc. *Vobiscum*, Pyrgopolinices ait,

——*operam da mihi,*

Loquere, auris meas profecto dedo in dicionem tuam.

& in Pseudolo Sc. *ta de damnasse.*

Fac sis vacivas Pseudole aedis aurium,

Mea vt migrare dicta possint quo volo.

& Trinummi Prologo:

——*date vacivas auris, dum eloquar.*

Lucianus eloquentiae vires sub Herculis Ogmij persona figurate notauit: eiusque lingua subtilibus traiectis catenulis innumerae multitudinis aures reuinctas trahere ad se finxit. *ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων παμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμοὶ δέ εἰσιν αἱ σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις.* & ibidem aliquanto post: *[illegible] τῶν ὤτων [illegible] γλώττης [illegible].*

PAG. XXV.

[illegible].] Mercurius in Amphitruone Sc. I.

Nunc enim mihi dextera vox auris vt videtur verberat.

So. *Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem quae hunc verberat.*

Περὶ [illegible].] Hic semel notandum quod saepicule in his libris obseruari possit, imperitos librarios ineptis titulis cohaerentia capita dis-

iunxisse. delendum igitur hoc lemma, & quae sequuntur titulo [illegible] continua serie adscribenda.

[illegible]] Plinius lib. XXIIX. c. IV. Si quod animal aurem intrauerit, & inspirante, exiterit. & lib. XXIX. c. VI. Si quod animal aurem intrauerit, praecipuum remedium esse murium fel aceto dilutum. Q. Seren. Sammonicus lib. de pest. med.

Si vero inciduis animal penetrauerit aures,

Proderit admissum paruulo fel muris aceto.

[illegible]] Bonum esse ait Artemidorus & prosperum Sophistis insomnium, si aures suas formicas intrasse somniauerint. forte quod huiusmodi somnium pueros qui ad ipsos discendi gratia commeabunt [illegible] fore portendat. quales formicas describit Theocritus Eidyl. XV. indeque magnos illos sophistas futuros, scilicet [illegible]. Sic enim illustriores sophistae à Iulio Polluce nuncupantur lib. IV. c. VI. ceterum Sophistae appellatio anceps & ambigua est. Suid. [illegible]. Vetus Glossarium: [illegible], *sophista, praeceptor, orator.*

[illegible]] Quidquid enim in pueris discentibus desiderari potest, id in formicarum natura repertum est. quippe haec animalcula [illegible] operantur & noctu plena luna: in opere labor, sodalitas, concursatio; diligens cum obuiis quaedam collocutio, atque percontatio. condunt frumenta formicae hiemis memores: in iisque vocat Aristoteles [illegible]: ideoque dictae frugilegae, [illegible]. quibus scilicet [illegible]. vnde & pigros ad formicam mittit Sapiens, *Paruula nam exemplo est magni formica laboris,*

& *Formica tandem quidam expromet magister.* [illegible] Aristoteles lib. IX. Hist. animal. c. XXXVIII. Plin. lib. XI. c. XXX. Ouidius VI. Metam. Virgilius. Horatius. Iuuenalis. Aelian. lib. II. hist. an. c. XXV. & lib. IV. c. XLIII. Plutarchus, [illegible]. Horapollo in Hieroglyf.

[illegible]] Inde est quod Apuleius formiculam illam paruulam, [illegible] vocat. lib. VI. Metamorphos. & Phaedrus lib. IV. [illegible].

[illegible]] Earum solertiam in subeundis cauis belle expressit Aelianus hist. animal. lib. VI. c. XLIII. [illegible].

[illegible]] Inepta haec sunt, nisi legas: [illegible].

[illegible]] Aristenaetus Epist. I. Laidis pulcritudinem curiosè inspiciês, nigerrima eius supercilia fuisse ait: [illegible]. Plinius lib. XXX. c. XV. *Ouis fornicarum supercilia denigrari cum musca trita tradunt*. Tertullianus lib. de habitu muliebri. *Illum ipsum nigrum pulverem quo oculorum exordia producuntur*. nec solum supercilia sed & palpebras oculósque tingebant. Ouidius lib. III. de Arte,

Nec pudor est oculos tenui signare fauilla.

Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *palpebrae in genis [illegible] vtrinque: mulieribus vero etiam inficiuntur cotidiano, tanta est decoris affectatio, vt tinguntur oculi quoque.* Lucianus in Periclione Pithagor. [illegible] eo pertinet etiam illud Tertulliani lib. de cultu fem. *oculos fuligine collinunt*. & Arnob. lib. II. aduers. gen. *fuligine oculos obumbrant*. & B. Chrysostom. Panegyr. in Ioseph. [illegible]. Pingebant autem supercilia vt ea in arcum ducerent, & quasi lunarent, & Varro notat lib. IV. de lingua Lat. mulieres potissimum supercilia sua attribuisse Lunae.

[illegible]] Nimirum in luctu homines supercilia ponunt aut etiam radunt, vt abiectiores & humiliores videantur. etenim supercilia maximè indicia fastum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hinc pendet. nihil altius simul abruptiúsque inuenit in corpore vbi solitaria esset. Plin.

PAG. XXVI.

[illegible]] Pupilla enim in oculo est quasi ψῆφος siue gemma in anulo. alludit ad ambiguam significationem τῆ ψήφου. vt cap. V. lib. II. [illegible]. Vetus Glossarium: ψῆφος ἡ [illegible], *calculus*. ψῆφος ὁ [illegible], *gemma*.

[illegible]] Orbi & quasi caeci dicuntur parentes qui liberos amiserunt. Festus: *Orba est quae patrem aut matrem aut filios, quasi lumen, amisit*. Glossar: *Orbus* [illegible].

[illegible]] Cicero lib. II. de Nat. Deor. *Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere.*

[illegible]] Ipse Artemidorus sup. c. XXV. [illegible]. Suidas, [illegible].

[illegible]] Pialia, certamen quinquennale quod in Hadriani honorem ab Antonino Pio institutum fuisse scribit Spartianus.

[illegible]] Scilicet apud Puteolos vt tradit idem Spartianus in Hadriano sub finem.

PAG. XXVII.

[illegible]] Caecum fuisse Homerum & à caecitate sic dictum vetus fabula est. Herodotus in Homeri

vita: [illegible] Plutarchus in eiusdem vita, [illegible]. Christodorus Thebanus lib. V. Antholog.

> —— ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ
>
> [illegible]
>
> [illegible]
>
> [illegible]
>
> [illegible], &c.

Alij vero caecum Homerum ab antiquis habitum fuisse aiunt [illegible]. Videndus Suidas.

Διὰ τὸν [illegible].] Scribe, [illegible].

PAG. XXVIII.

[illegible].] Leonidas Epigrammatarius lib. I. Anthol.

> [illegible],
>
> [illegible].

[illegible].] [illegible] scilicet.

[illegible].] Praetentare iter. [illegible]: Plinius de cochleis lib. XI. c. XXXVII. *Cochleis [illegible] cornicula bina praetentare implent.*

[illegible].] Scribe, [illegible], vt infra [illegible].

Διὰ γὰρ [illegible].] Aristoteles lib. I. Hist. an. c. XI. [illegible]. Arnobius lib. II. aduers. Gent. *[illegible] commodabilem tradidit.*

[illegible].] Delendum [illegible]: obrepsit enim oscitanti librario per similem litterarum ductum sequentis vocabuli [illegible].

PAG. XXIX.

Καὶ γὰρ [illegible].] Morem hunc notauere viri docti ad illud caput legis XII: MVLIERES GENAS NE RADVNTO.

[illegible].] Etenim in maxillis vt in loculis & apothecis repositi sunt dentes.

[illegible].] Censorius Cato filium monebat senilem iuuentam praematurae mortis esse signum.

PAG. XXX.

[illegible].] Aristander Telmissensis peritissimus vates in

magna apud Alexandrum existimatione fuit. Q. Curtius lib. IV. *Apud Macedonas quoque cum forte panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notauerunt: territoque rege, Aristander peritissimus vatum respondit, si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum: contrà, cum ab interiore parte manauerit, vrbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere.* Idem eodem lib. *Forte praeteruolans coruus glebam quam vnguibus ferebat, subito emisit.* & paullo post: *Digna res visa est quae vates consulerentur, & erat Alexander non intactus ea superstitione mentis. ergo Aristander cui maxima fides habebatur, vrbis quidem excidium augurio illo portendi, ceterum periculum esse inquit ne rex vulnus acciperet.* Plutarchus in Alexandro: ὁ δὲ Φίλιππος ὕστερον χρόνῳ μετὰ τὸν γάμον, ἔδοξεν ὄναρ αὐτὸς ἐπιβάλλειν σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός· ἡ δὲ γλυφὴ τῆς σφραγῖδος, ὡς ᾤετο, λέοντος εἶχεν εἰκόνα. τῶν δὲ ἄλλων μάντεων ὑφορωμένων τὴν ὄψιν, ὡς ἀκριβεστέρας φυλακῆς δεομένων τῷ Φιλίππῳ τῶν περὶ τὸν γάμον, Ἀρίστανδρος ὁ Τελμησσεὺς κύειν ἔφη τὴν ἄνθρωπον, οὐθὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν, καὶ κύειν παῖδα θυμοειδῆ καὶ λεοντώδη τὴν φύσιν. & in eodem opere celeberrimi huiusce vatis frequens mentio. meminit etiam Arrianus lib. I. & Ἀλέξανδρος δὲ φαίνει ... Ἀριστάνδρῳ τῷ Τελμισσεῖ μάντει. Lucianus in Philopatri. Aelianus variae hist. lib. XII. c. XXV. Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς ... &c. Clemens Alexandrinus lib. I. Strom. Ἀρίστανδρός τε ὁ Τελμισσεὺς, ὁ καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνδιατρίψας. Hunc Aristandrum esse puto qui De ostentis scribit, citaturque à Plinio lib. XVII. Nat. hist. c. XXV. *Laudatur Xerxis aduentu platanus in oleam mutata: quibus ostentis Aristandri apud Graecos volumina scatent, ne transeamus in infinita.* Ceterum Telmessus in Caria est: qua in vrbe excellit haruspicum disciplina. Cicero lib. I. de diuinat. *Tota Caria*, inquit, *praecipueque Telmessenses, quòd agros vberrimos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter fecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt.* Arrianus lib. I. τοῖς γὰρ Τελμισσεῦσι σοφὰ τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν. Tertullianus lib. de Animae cap. XLVI. *Telmessenses nulla somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant.* è contrario vero Atlantes insomnia non visunt qualia reliqui mortales, vt ait Plin. lib. V. c. VIII. Tertullianus, *Sed & apud Libyam gens Atlantes cassa somnii transigere dicuntur, animae vtique natura causata.*

Ὅσοι μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ χρὴ τὸ σῶμα· τοὺς δὲ ὀδόντας, τοὺς κτῆ τὰ οἴκου ἀνθρώπους.] Achmet. cap. XXI. τὸ δὲ σῶμα ὡς οἶκος κρίνεται τοῦ ἀνθρώπου· οἱ γὰρ ὀδόντες ... οἰκεῖοι.

Οἱ πρόσθιοι καλοῦνται, τομεῖς οἱ ...] Dentium forma & vsus triplex. Arnob. lib. III. aduers. gent. *subalternatim ... dentium triplici genere, atque in officia trina compositi.* Aristoteles lib. III. de part. animal. cap. I. ὁ δ' ἄνθρωπος ... τοὺς μὲν προσθίους ὀξεῖς, ἵνα διαιρῇ· τοὺς δὲ γομφίους πλατεῖς, ἵνα λεαίνῃ· ... Cicero lib. II. de nat. Deor. *dentibus autem in ore constructis manditur: atque ab his extenuatur & molitur cibus; eorum aduersi acuti morsu diui-*

dentes sectores, intimi autem confectores qui genuini vocantur. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *continuatim qui digerunt cibum lati & acuti: qui conficiunt, duplices: qui discriminant eos canini appellantur.*

Τομεῖς.] Plinio, *primores*: Polluci: [illegible]. Isidoro Orig. XI. c. I. *praecisores*. in veterino pecore vocantur, *rapaces*. Veget. lib. III. Mulomedicinae c. I.

Κυνόδοντες.] canini, Isidoro *columelli*, à longitudine & rotunditate. unde apud Achmetem legitur: [illegible]. eiusmodi dentes in equis vocantur, *columellares*. Varro lib. II. de re rust. cap. VII. *Equus triginta mensibus primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, totidem inferiores: incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt & totidem proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant columellares.* Plinius lib. XI. c. XXXVII. *aetas veterinorum dentibus indicatur. equo sunt numero quadraginta. amittit tricesimo mense primores utrimque binos, sequenti anno totidem proximos cum subeunt dicti columellares.* Columellares dentes, κυνόδοντας Absyrto Mulomedico in Bassi Geoponicis lib. XVI. cuius verba operae pretium erit conferre cum Varronianis. [illegible] Vegetius lib. IV. cap. V. Artis veterinae. *pullis enim binis & sex mensibus medii dentes superiores cadunt, quos lactantes vocant. quum autem quartum annum agere coeperint, deiectis caninis bis, alios supponunt qui canini appellantur. deinde intra sextum annum molares cadunt.* Plinij locus supra citatus, ab ceteris quos etiam protulimus quodammodo dissentire videtur. consentit autem cum Aristotele cap. XXII. lib. VI. Hist. anim. [illegible]

Μύλαι.] molares, γομφίοι, maxillares Plinio. Isidor. *genuini sunt molares, qui concisa à primoribus atque confracta subigunt & molunt atque immassant.*

PAG. XXXI.

[illegible]] Quippe vocis sermonisque regimen primores tenent, concentu quodam excipientes ictum linguae, serieque structurae atque magnitudine mutilantes mollientesve aut hebetantes verba, & cum defluxere, explanationem omnem adimentes. Plin. lib. VII. c. XVI.

[illegible]] Qui validè valent vivunt [illegible], at aegrotis, quia cibos solidiores conficere nequeunt, victitandum sorbilo, idcirco à priscis medicis inventa fuisse *ῥοφήματα* tradit Hippocrates lib. de prisca med.

[illegible] in veteribus Glossis exponitur *Sedentina, Serbilia.* in ms. *Serbicinum, Serbillaria.* Item [illegible], *Serbale.*

[illegible] φιλολόγους.] Philologos adeóque & philosophos docere mundítias oris dentiúmque candorem probat Apuleius in Apolog. *cum primis cui ulla fandi cura sit, impensius cetero corpore os colendum, quod est animi vestibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium.*

[illegible] χρυσοῦ [illegible].] quasi fiant Chrysostomi & Chrysologi.

[illegible] ἴκτερον [illegible].] Suidas: Ἴκτερον, [illegible]. Aretaeus Cappadox lib. II. [illegible] cap. XV. [illegible]. Glossae veteres: Icterus, *auriginosus.* ms. [illegible], arquatus Lucretio lib. IV. morbus regius *vocatur hic quoniam cessu curatur in aula*, ut ait Q. Seren. Samonicus.

PAG. XXXII.

[illegible] ὁ πηλός.] [illegible]. Sic in Platonis Conuiuio [illegible].

PAG. XXXIII.

[illegible].] Achmet c. XXXIII. [illegible]. Sic ambiguo sensu apud Plautum argentiexterebronides lenonum puellae miseris amantibus sanguinem exsugere & ebibere dicuntur. Curculione, Sc. *Illa veneri.* & in Bacchid. Sc. *Pandite.*

Apage istas à me sorores quae hominum ebibunt sanguinem.

eo sensu in Poenulo Collabiscus Agorastocli sanguinem exsugere procul gestit, id est pecuniam. vetus poëta comicus:

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Nos Galli vulgo dicimus, *Qui perd le sien perd le sang.*

[illegible].] Inter signa quibus homicidia argui soleat, cruorem obseruant Rhetores. Cicero lib. II. de Orat. ex consequentibus signis argumenta duci ait, puta *si & ferro interfectus ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco,* &c. Marius Victorinus in I. Rhetoric. Cic. *Sed quod paullo ante dixi, signum esse in eo quod fieri solet sicut vtique cum dico: ex cruore vi-*

nàt,

[illegible] in calore positus est, & [illegible] [illegible] gen[illegible] fieri ex his quae fieri solent fere, [illegible] & qui in [illegible] [illegible], solet [illegible] fieri: & qui [illegible], solet fieri ut [illegible] fit. Caussam huiusce rei eleganter explicat Lucretius lib. IV.

> *Namque omnes plerumque cadunt in vulnus, & illam*
> *Emicat in partem sanguis unde icimur ictu:*
> *Et, si comminus est, hostem ruber occupat humor.*

PAG. XXXIV.

[illegible]] Notaui supra ad pag. xxi.

[illegible]] Sensus enim interpretes ac nuntij rerum in capite, tanquam in arce, mirificè ad vsus necessarios & facti & collocati sunt vt ait Tullius lib. II. de nat. Deor. & Plato in Timaeo [illegible].

PAG. XXXV.

[illegible]] [illegible]. Thucyd. & Iul. Poll. Suidas: [illegible].

[illegible]] Legendum [illegible], vt emendauit eruditissimus Io. Brodaeus ad illud Bianoris epigrammatarij lib. I. Anthol. c. xxxiii.

> [illegible]
> [illegible], &c.

[illegible] dicitur lateri nauis praepositus. Pollux lib. I. [illegible]. Idem: [illegible].

PAG. XXXVI.

[illegible]] Scribendum, [illegible].

PAG. XXXVII.

[illegible]] Sic ipse sup. c. xxviii. [illegible].

[illegible]] Arnobius lib. V. *partem illam corporis per quam fieret feminarum & [illegible] proderet & nomen solet acquirere generi, cum [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] posset.* Mulier absente viro quasi ager incultus silvescit. Ouidius lib. I. Amorum Eleg. IIX.

> *Aera nitent usu; vestis bona quaerit haberi:*
> *Canescunt turpi tecta relicta situ:*
> *Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit.*

Catullus:

> *Vt vidua in nudo vitis quae nascitur arvo*
> *Nunquam se extollit, nunquam mitem educat vuam, &c.*

[illegible]] Ceres mammosa Lucretio lib. IV. & Arnob. lib. III. & VI. Minutio Felici Ephesia mammis multis & vberibus exstructa, eoque habitu in nummis multis cernitur.

PAG. XXXIIX.

[illegible]

[illegible]] Aristoteles lib. IV. de partibus animal. c. x. [illegible] Isidorus Hispal. Orig. lib. XI. c. I. *Manus dicta, quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia atque dispensat: per eam accipimus & donamus.*

[illegible]] eam diuisionem insinuauit cap. II.

[illegible]] Aristoteles lib. IV. de partibus animal. [illegible] Ipse Artemidorus supra, cap. cIV. [illegible] Cicero lib. II. de nat. Deorum: *Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit?* & paullo post: *Itaque operibus hominum, id est, manibus cibi etiam varietas inuenitur & copia.* Pollux lib. II. [illegible] Scholiastes Aristophanis ad illud ex Auibus: [illegible] Arnobius lib. III. *manus ministras operum,* [illegible] Horapollo in hieroglyficis: [illegible] Isidorus Orig. XI. [illegible] Virgilius I. Aeneid.

Quale manus addunt ebori decus ——

Seruius: *manus, vel artificis, vel ars ipsa.* Martialis lib. IX. epig. [illegible]

Pocula Mentorea nobilitata manu.

Sic Propertius vt sup. notauimus,

Siue ebore exactas seu magis aere manus.

Varro lib. IV. de ling. Lat. *Quae manu facta sunt, dicuntur de vestis, de vestimentis, & si quid aliud videtur his aptum.* Idem: *quod manu factum erat, & dictum* [illegible] manupretium, [illegible] *& pretio.* Glossarium: [illegible] manupretium. Item: *Manupretium,* [illegible]. Tertulliani etiam locus de operibus intelligendus est, lib. de Idololatria cap. v. [illegible]

[illegible]] Suidas: [illegible] Iulius Pollux lib. [illegible] Cicero lib. VII. Epist. ad Atticum: [illegible] Idem: [illegible] Sic & apud

Iurisconsultos, manus, pro chirographo l. XV. D. de Probationibus,& metatorum manus, pro metatoria pagina l. I. de metatis & epid. lib. XII. Cod.

[illegible]] Scribe, [illegible]

[illegible]] Horapollo hieroglyf. XXVII. [illegible] possunt etiam referri ad mentem Artemidori ea quæ de gestu rhetores tradunt. videatur Curius Fortunatianus sub finem lib. III.

P AG. XXXIX.

[illegible]] Pellis quæ occalluit, densior est: ideóque nec pilos emittit. Hippocrates lib. de natura pueri: [illegible]

P AG. XL.

[illegible]] Reorum viscera nudari dicitur [illegible]. Rerum viscera cum intima & secreta negotiorum aperiuntur. & caussæ viscera dixit M. Tullius lib. II. de Orat. *haec autem in dicendo non extrinsecus alunde quaerenda; sed ex ipsis visceribus caussae sumenda sunt.*

[illegible]] Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *cor prima domicilia intra se animæ & sanguinis praebet.* Hippocrates lib. [illegible]

[illegible]] Isidorus Orig. XI. *Fel appellatum quod sit folliculus gestans humorem qui vocatur bilis.*

[illegible]] Venter quasi creditor, exigit nec moras patitor. Plinius lib. XXVI. c. VIII. *Aliqui [illegible] corporum vasculis ut cordium, & sorpius ibi [illegible] hunc [illegible] hunc [illegible] hunc profundo [illegible] & [illegible] actionis consummationis facultate.*

[illegible]] Martialis parentem omnium vocat. lib. XI. epigr. XVI.

> *Nec per circuitus loquantur illam*
> *Ex qua nascimur omnium parentem,*
> *Quam sanctus Numa mentulam vocabat.*

[illegible]] Scribe, [illegible]

P AG. XLI.

[illegible]] Suidas: [illegible] Sic Martiali, virilitas, lib. IX. epigr. VII.

Fascinum ... [illegible]

& Arnob. lib. v. *Fascinum pugnantis* [illegible] ... Sic etiā [illegible].

[illegible] ἐν Κυλλήνῃ [illegible] Ἑρμοῦ ἄγαλμα [illegible] αἰδοῖον [illegible]] Pausanias sub finem Heliacorum. [illegible] ἐν Κυλλήνῃ Ἀσκληπιοῦ, τὸ δὲ Ἀφροδίτης ἐστί. τὸ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. naturalem vero effingendae huiusmodi statuae rationem quam Artemidorus innuit, bene explicat Plutarchus lib. *εἰ πρεσβ. πολιτ.* extremis verbis: διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἀχεῖρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι [illegible] εἰργασμένον, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν ὡς προσήκει καὶ γόνιμον ἔχωσι. Phurnutus in Mercurio: [illegible]

Ὅτι [illegible] καλεῖται τὰ [illegible] & τὰ αἰδοῖα.] Suidas: [illegible] καὶ τὰ αἰδοῖα. in veteribus Glossis vbi scribitur, [illegible], legendum, [illegible], *[illegible]*. nam in ms. legitur, [illegible], *pudenda*. Venus φιλομμειδής, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, vt ait Hesiod. in Theogon. Homerus Iliad. Γ. Scholiastes: φιλομμειδής, ἡ φιλόγελως & ἱλαρά. καὶ Ὅμηρος· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, ὅ ἐστι τῶν αἰδοίων. Videatur Clemens Alexand. in Protreptico.

[illegible] καλεῖται, & [illegible]] Ipse Artemid. cap. LXXV. [illegible] τὰ αἰδοῖα καλεῖται. Suidas: [illegible] τὰ αἰδοῖα [illegible]

Αἰδῶς γὰρ καὶ [illegible] καλεῖται τὰ αἰδοῖα.] Αἰδοῖα Latini vocant, pudenda, & verenda siue reuerenda. Arnobius lib. V. *[illegible] partes illas quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiae [illegible] quas inter [illegible] Veneris nostis esse, ac sine [illegible] appellare [illegible], quid enim, quaeso, [illegible] quod in pudendis reuerendissima [illegible], quod feminea [illegible] Deum, atque [illegible] formatum [illegible]* Vetus Glossarium: *αἰδῶς, pudor, verecundia, pudendum, penis.*

Καὶ [illegible]] Ausonius in Gripho.

—— [illegible]

Iuuenalis Sat. V.

—— tanquam habeas tria nomina.

Μήτε [illegible]] Legendum vt emendauit Is. Casaubonus [illegible] hoc audiendus interpres.

PAG. XLII.

Καὶ γὰρ [illegible]] Vetus Glossarium: [illegible] *fibula*. Corn. Celsus lib. V. *[illegible]*, Plinius, lib. XXV. c. XI. *[illegible] post [illegible]*

[illegible] Cornelius Nepos in T. Pomponio Attico: *subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistulae puris erumperent.* Exstat apud Hippocratem liber περὶ συρίγγων.

[illegible]] naves instar vermium multigradae. Lycophron:

—— [illegible]

[illegible]

Homerus navem [illegible] vocat. Pollux lib. I. [illegible], nimirum remis quasi pedibus navis graditur, est veluti equus ligneus. Plautus Rudente:

Nempe equo ligneo per vias caeruleas

Estis vectae.

Palaephatus in Bellerophonte Pegasum non equi sed navigij nomen fuisse ait: [illegible]. Idem, qui vulgo Pelopis equus dicitur, navem fuisse adfirmat. [illegible]

[illegible]] Observavere hunc locum viri doctissimi Isaac. Casaubonus Animadvers. in Tranquil. & I. Lipsius lib. II. Elector. c. XV, ad illud Sueton. in Tiberio c. 12. *[illegible]* qui locus sic olim e veterib. libb. a magno illo Turnebo emendatus fuerat, lib. XIV. Advers. c. XVII.

PAG. XLIII.

[illegible]] alludit ad paroemiam, [illegible]. Chrysostomus Panegyrico IX. de SS. Bernice & Prosdoce: [illegible]

[illegible]] nam in divisione patrimonij [illegible] plagam orientalem, Plutoni occidentalem obtigisse fabulantur.

PAG. XLIV.

[illegible]] Homeri versus Iliad. Δ. Idem Odyss. H. [illegible]

[illegible]] D. Paullus epist. ad Titum mulieres esse vult [illegible]. Mulierem [illegible] esse oportere significabat Phidias per testudinem domiportam; celebratur enim inter eius opera Urania Venus, [illegible], ut refert Pausanias Heliac. II. [illegible]. Ideoque Plutarchus [illegible] moris fuisse ait Aegyptiis mulieribus calceis non uti [illegible]. Inter personas comicas notat lib. [illegible] Pollux [illegible]

PAG. XLV.

[illegible]] Suidas: [illegible]

[illegible] Antipater lib. I. Antholog.

> [illegible]
> [illegible]

Γεωργεῖν ἢ σπείρειν ἢ φυτεύειν ἢ ἀροτριᾶν ἀγαθὸν τοῖς γάμον προῃρημένοις.] Matrimonium agriculturae imaginem quandam esse notaui ad Phaedri fab. XLII. Plutarchus in praeceptis connugalibus: ἱερώτατος δ' ἐστὶν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. καλῶς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Σοφοκλῆς εὔκαρπον Κυθέρειαν προσηγόρευσεν.

[illegible]] hic aliquid deesse suspicatur Isac. Casaubonus. & quidem certe legendum mihi videtur [illegible] aut, quod minus placet, [illegible].

PAG. XLVI.

[illegible]] Martialis lib. VI. Epigr. LIII. de subita morte Andragorae,

> *Tam subitae mortis causam Faustine requiris?*
> *In somnis medicum viderat Hermocraten.*

[illegible]] Aurifices vtuntur argento viuo rerum omnium veneno, vt ait Plinius lib. XXXIII. cap. VI. *Est & lapis in ea vena, cuius vomica liquoris aeterni argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium, perrumpit vasa, permanans tabe dira. omnia ei innatant praeter aurum: id vnum ad se trahit. ideo & optime purgat, ceteras eius sordes exspuens crebro iactatu fictilibus in vasis ita vitiis abdicatis, vt ipsum ab auro discedat.*

[illegible]] contortiplicata monilia. Sic in sua officina Vulcanus apud Homerum recenset πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας τε καὶ ὅρμους.

[illegible]] Συμπνεῖν, conspirare; idem velle atque idem nolle, quasi fiat in matrimonio quod Pythagoras in amicitia voluit, vnum è duobus, vel potius quod Deus iussit, in vna carne vna anima.

[illegible]] Poterat Artemidorus in bonam etiam partem hoc interpretari. [illegible] Plutarchus [illegible]

PAG. XLVII.

[illegible]] Ausonius Protreptico ad nepotem Ausonium,

> *Tu quoque ne metuas, quamuis schola verbere multo*
> *Increpet, &c.*

Prudens vero Quintiliani monitum lib. I. Institut. orator. c. III. in aetatem infirmam & iniuriae obnoxiam nemini debere nimium licere. *Caedi vero discentes*, inquit, *quamquam & receptum sit, & Chrysippus non improbet,*

minime velim, quia difforme atque foedum est: & certe, quod [illegible] se ætatem [illegible]

PAG. XLVIII.

Χρὴ γὰρ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι [illegible] ἔχειν [illegible] μὴ [illegible].] Delenda negatio. Sic enim apud Suidam hic locus legitur: [illegible]

[illegible] τὸν ἔφηβον [illegible].] Suidas: [illegible] Id [illegible] ephebis curae erat ut populo maxime grati essent. Atys apud Catullum:

Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foro, palaestra, stadio & gymnasiis, &c.

Καὶ [illegible], &c.] Notauit hunc locum Hadrianus Turnebus lib. XI. Aduers. c. VI.

[illegible].] Haec etiam reperiuntur apud Suidam.

Οὐδὲ γὰρ [illegible].] Donatus in Andriam: *ephebus prima pars adolescentiae, & extrema pueritiae.* Suid. [illegible]

Τροχὸν [illegible].] Vetus Glossarium, *Trochus rotae genus ad ludum, ludentium rota.* Graecanicum ludum fuisse docet Horatius lib. III. Carm. od. XXIIII.

——*nescit equo rudis*
Haerere ingenuus puer,
Venarique timet, ludere doctior
Seu Graeco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.

Pueros aleas fugere, trocho ludere iubet Dionysius Cato. puerilem enim fuisse ludum declarant etiam illa, Martialis lib. XIV. epig. CLXVIII.

Inducenda rota est, das nobis utile munus:
Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.

Sequenti epigrammate trochus belle depingitur:

Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur?
Cedat ut argutis obuia turba trochis.

& epigramm. XXI. lib. XI.

Lydia tam laxa est, &c.
Quam celer arguto qui sonat aere trochus.

atque hinc explicandus Propertij versus Eleg. XIV. lib. III.

Increpat & versi clauis adunca trochi.

versatum enim & agitatus à pueris trochus vna cum claue adunca siue anulo illo laxiore garrulus erat & argutus, ita vt sonaret & increparet, adeoque turbam quasi summoueret. Caue autem putes Trochum à Iuuenale per Lacedaemonium orbem significari, nec enim adsentior viro

magno qui lib. XXIV. Aduers. cxxviii. hoc putauit. ait enim Iuuenalis; pauperem non facile in libidinem accendi, & postquam multa lasciuiae luxuriaeque incentiua recensuit,

Non capit has nugas humilis domus, audiat ille
Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
Fornice mancipium quibus abstinet, ille fruatur
Vocibus obscenis, omnique libidinis arte:
Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem.

diues scilicet qui in marmor Lacedaemonium expuit, qui per marmoreum pauimentum incedit. Sed haec alea est, Trochus iterum ludamus. Τροχὸς idem fuisse videtur atque βέμβιξ. Sane non absimiles fuisse lusu docent illa ex epigram. Callimachi in Pittacum

Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῆσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες,
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.

Scholiast. Aristoph. ad Vespas & Aues, cuius verba sic emendata leguntur apud Suidam [illegible]. Bembex propriè Turbo, qui eleganter describitur VII. Aeneid.

[illegible]] Harpasti mentio frequens apud Martialem. Harpasto raptim luditur, estque ludus coelestis, [illegible]. Iulio Polluci: [illegible]

[illegible]] Naeuius Tarentilla:

——quasi in choro pila
Ludens datatim dat se & communem facit:
Alium tenet: alij nictat: alibi manus
Est occupata: alij peruellit pedem:
Alij anulum dat spectandum à labris, &c.

[illegible]] Legendum [illegible]. Martialis lib. XIV. epigr. xlix.

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti.

& lib. VII. epigram. xvi.

[illegible]

PAG. XLIX.

[illegible]] Suidas: [illegible]. Glossae: [illegible], follis. Martialis

Folle decet pueros ludere, folle senes.

Κώρυκος Paullo Aeginetae lib. IV. c. i. [illegible]

[illegible]] Scribe, [illegible], vt est in Suida. forteasse autem erant pilae paganicae. Martialis:

Haec quae difficili turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arta pila.

[illegible]] Suidas: [illegible]. Pollux lib. IV. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]] Tuba enim signa militaria dantur, vnde in Tacticis saepe occurrit illud, [illegible].

[illegible]] Pollux lib. IV. [illegible]

[illegible]] Glossae veteres: [illegible], classica. [illegible]. Polluci sup.

[illegible]] Serui ad pileum & libertatem vocabantur [illegible], in seditione, aut vrgente aliqua necessitate, aut publica vtilitate exigente. Seneca lib. VI. Epist. *Dicat nunc aliquis me vocare ad pileum seruos & dominos de fastigio suo deiicere.* Sic apud Liuium lib. III. seruos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, se miserrimi cuiusque suscepisse caussam dictitans, vt exsules iniuria pulsos in patriam reduceret, & seruitiis graue iugum demeret. Sic apud eundem lib. XXIV. ad premendam obsidione Syracusas serui ad pileum vocati, carcere vincti emissi. & apud Suetonium Octauius August. xx seruorum ... manumissis & ad remum datis, portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Auernum lacum mari, effecit.

[illegible]] Pollux: [illegible]

[illegible]] L. [illegible].

PAG. 2.

[illegible]] Veteris comoediae meminit Horatius in Arte Poet.

> *Successit vetus his comoedia, non sine multa*
> *Laude, sed in vitium libertas excidit.*

quid autem inter veterem ac nouam sit discriminis docent excerpta illa è veteribus Glossographis Graecis praefixa Aristoph. comoediis.

[illegible]] Suidas: [illegible]

[illegible]] Aristoteles lib. de Poetica cap. v. [illegible]

[illegible]] Homeri Scholiastes Iliad. O. [illegible]. Suidas: [illegible].

[illegible]] Ipse Artemidorus lib. IV. cap. xliii. [illegible]. Sic Anacreon puellam Threiciam quae nondum subacta ceruice iugum ferre didicerat, pullo equino comparat.

Πῶλε Θρῃκίη, &c.

Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

eademque translatione dixit Ouidius lib. II. de Arte,

Cum mora non tuta eſt, totis incumbere remis
Utile, & admiſſo ſubdere calcar equo.

& lib. III.

Tu quoque cui rugis uterum Lucina notauit
Ut celer auerſis utere Parthus equis.

permulta apud poëtas huiuſmodi equitationum exempla.

[illegible]] In veteri epigrammate Graeco Nauis cui nomen Κέλης, ait,

[illegible]

[illegible]] Suidas: [illegible]

[illegible]] Scribe, [illegible] vel potius, [illegible]

[illegible]] Suidas Ἵππιος ὁ Ποσειδῶν. Phurnutus: [illegible] Sed aliam huius epitheti cauſſam eſſe innuit Pauſanias in Achaicis: [illegible]

[illegible]] Sacerdotes feminas carpento per vrbem vehi ſolitas obſeruauit Hadr. Turnebus lib. XI. Aduerſ. cap. VI. ex hoc Artemidori loco, qui & his Taciti verbis ex Annal. XII. confirmari poſſit. *Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi qui mos ſacerdotibus, & ſacris antiquitus conceſſus.*

PAG. 11.

[illegible]] Sic Gallice dicimus, *bons benefices.*

[illegible]] Feſtus: *Pentathlum antiqui quinquertium dixerunt; id autem genus exercitationis ex his quinque artibus conſtat, iactu diſci, curſu, ſaltu, iaculatione, luctatione.* Videatur Pollux lib. IV. & c. 1. lib. I. Antholog.

[illegible]] Artem ſuam ſcilicet opeſque ſuas praecinunt, qui [illegible] faciunt. Diſcus autem aereus fuit. Martial. epigr. CLXIV. lib. XIV.

Splendida cum volitent Spartani pondera diſci,
Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocens.

[illegible]] Ariſtoteles ſectione V. Problem. XIX. [illegible]

[illegible]] Iulius Pollux lib. III. [illegible]

[illegible] Scholiastes Homeri Ἰλιάδ. Γ. [illegible] Scholiastes Aristophanis in Auibus: [illegible]. Item . [illegible]. Vitruuius lib. V. cap. XI. *in palaestris peristylia quadrata siue oblonga sunt facienda, vt duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quod Graeci vocant* δίαυλον.

PAG. LII.

[illegible]] Repete quae ex Aristophanis Scholiaste produximus: cuius verba etiam leguntur apud Suidam.

[illegible]] Scribe hic vbique, [illegible]. ipse infr. c. LXVI. [illegible].

[illegible]] [illegible]. Pollux lib. III. [illegible].

[illegible]] Vide an legendum potius sit, [illegible].

PAG. LIII.

[illegible]] Scribendum videtur, [illegible]. minime, inquit, bonum est athletae puero colluctari & congredi viro, hoc enim puero reprobationem significat.

